

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

14. De transitu Religiosorum ex vna Religione ad aliam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Vigesimoprimito: In Clementius Capientes. §. vlt. De penit. excommunicatione puniuntur Religiosi, & Clerici seculares, violatores Constitutionis Pontificiae in cap. i. De seculo, in 6. qua præcipitur, ne aliquos ad vocandum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, ut fidelitatem apud ipsorum Ecclesiæ eligit, vel iam electam viterius non immutent; quam excommunicationem ipso facto contrahi definit Pontifex, nec in eam lapsos ab alio, quam à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, esse absoluendos.

Cap. XIII.

De Transitu Religiosorum ex una Religione ad aliam.

Primò queritur, An liceat religioso ex una Religione ad aliam transire? Respondeo, iure communi Canonico licere, ut colligitur ex cap. Statuum, & cap. Mandamus. 19. quest. 3. & cap. Licit. cap. Significatione. cap. Non est vobis, & cap. Sancte, de regularibus dummodo studio tutoris, melioris, & sanctioris vita transitus fiat: ut aperte definitur in cap. Licit. De regularibus. S. Thomas 2. 1. quest. 139. a. 8. ait: Transitus ex una Religione in aliam, nisi propter magnam utilitatem, vel necessitatem, non est laudabilis: tamen quia si Religiosi offendissent, qui deferuntur: non erant quia facilis, & commodus proficit quis in Religione, in qua est affectus, quam in alia. Vnde veteres Monachi non facile transitus permittebant.

Secundò queritur, An hic transitus iure concedatur ex eo, quod religio, ad quam sit gradus, sit perfectior, & altior, fructuosis, vel sanctior; an solum quia sit arctior, severior, & durior? S.

Thomas loco citato, quem Palud. in 3. dist. 38. quest. 3. art. 1. Antonin. 3. par. iii. 16. cap. 4. ad finem. Silvest. in verbo. Religio. 4. quest. 1. & q. 6. 7. & 8. Tabien. Religio. quest. 23. & quidam alii sequuntur, videtur docere huiusmodi transitus iure concedi ratione perfectioris, aut fructuosis religionis, non autem ratione solum arctioris instituti. Quod colligitur, cum quia in virtutis, & melioris vita profectu, defensus, aut regressus vituperatur; at laudatur ascensus, aut progressus tum etiam, quia in cap. Mandamus. 19. quest. 3. præcipitur Canonis Regularibus profissis, ne se ad Monachorum instituta transferant; cum tamen arctior sit regula, & vita Monachorum, ut constat ex cap. Quod Dei timorem, De statu Monach. vbi dicitur, Canonicos Regulares lociori Ordini servire, quam Monachos. Et in cap. Statuum, eadem causa, & questione habetur. Ne quicquam Canonicae professionis aliquam lenitas in institutione, vel distractioris Religionis obtinet, ex clauso audeat sine patris, & totius Collegationis permissione recedere. Et in cap. Nullus, eadem causa, & questione præcipitur, Ne Abbas, vel Monachus Canonicos Regulares à proprio professionis Canonice renuncare, & ad Monasterium habitum trahendo sufficiere audeat. Vnde colligit S. Thomas Monachis latius, & fas esse ad Canonicos regulares transire, quoniam apud eos ius, & facultatem habent ad factos Ordines ascendendi. Immo generaliter docet ex Ordine Monachorum Laicorum, vel Clericorum, qui diuina ministeria non prstant, aut priuata tantum, non publica officia obeunt, liceat Monachis, sine Religiosis transire ad Ordinem Canoniconum regularium, qui publica ministratio, & munera in ecclesia exequuntur, & obeunt,

eo quod commune bonum priuato est altius, & maius. Non tamen licitum esse transitus è contrario: nec enim esset ascensus ad sublimiorem vitæ gradum, sed potius ex altiore ad inferiorē descensus.

At vero Ioannes Andreas in cap. Sancte, de regularibus postquam S. Thomas doctrinam de varia religione perfectione proposuit, subiungit: Nos canonistæ non ponderatis his facilitatibus, solum animaduertere solemus, vbi arctior, strictior, durior, aut severior modus vivendi. Vnde in c. Licit. De Regularibus, dicitur: De arctiori vita, & sanctiori, ad quam licet transire è laxiori, & si in una Religione sit sola contemplatio cum ardissimo vivendi modo, possibili tamen sine proficiendi modo non admitteremus transitus ad Religionem, in qua viget contemplatio, actio, & etiam contemplationis officium cum laxiori vita infinito, quod tamen Theologi admitterent. Hæc ille qui quidem nomine Theologorum videtur Sanctum Thoinam intellexisse, cuius sententiam, suppresso auctore ante retulerat. Omnes juris Canonici interpretes id docuerunt, quod dixit Ioannes Andreas: idem etiam sentiunt Angel. Religiosus, num. 35. Rosel. religio. 4. num. 1. Certe cum iure Canonico magis congruere videtur, Transitus huiusmodi concedi, quia arctius, & durius religionis institutum suscipitur, quam quia perfectius, & fructuosius, ut constat ex cap. Licit. De regularibus. Et in c. Virgines. 20. quest. 4. dicitur ex Concilio Triburensi: Virgines facias si pro lucro anima sua propter distractiorem vitam ad aliud Monasterium peregre disposerint; ibidemque communere decreuerint, Synodus concedit. Hæc ibi.

Deinde etiam cum ratione ipsa maxime conuenit: etenim huiusmodi transitus iure videtur esse concessus ob tutiorem vitæ rationem: vbi autem ea reperitur, eo ipso quoque religio eius vitæ parens, & magistra, videtur esse tutior, atque lecurior: quāvis alia religio sit alioqui fructuosis, perfectior, & altior. Quod autem in cap. Mandamus, & cap. Nullus. 19. q. 3. Canonis Regularibus ad Monasticum institutum transitu interdicatur, intelligendum est luxa. Glossam, id locum habere cum transitus talis sit temeritate, levitate, & inconstitutio animi; aut cum damno, & detimento prioris religionis. Item, sapientia denegatur transitus ad arctius vita institutum, ne communis aliorum salus deseratur, aut impediatur. Sic Episcopis, & alijs Ecclesiarum Praefectis, transitus ad religionem occcluditur, ne Ecclesie delitiantur idoneis praefectis, & ministris: Et religiosi proficiunt Ecclesijs, ut communis hominum saluti, & commodo consulatur.

Tertiò queritur, Quo modo liceat religioso ad altius vitæ institutum euolare? Respondeo, in iure nonnulla constituit, vt id recto ordine fieri queat. Primo, Ne fiat transitus temeritate, levitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione; sed studio, nimis tunc taurioris, & melioris vita; cap. Licit. de regularibus. Deinde, ne fiat cum detimento, & iactura religionis, à qua receditur, eodem c. Licit. Item, vt religio, ad quam gradum quis facit, non solum sit arctior ex regula, quam profitetur, sed etiam ex Constitutionibus: nam, vt dicimus inferius, sub una regula Basilij, vel Benedicti, multi Religiosorum Ordines militant alij arctiores, asperiores, & seue-

riores, ob Constitutiones nimirum regulæ adiecas. Non etiam sufficit, si Constitutiones antiquæ sint diores, & arctiores, nisi & recentes, quæ modo seruantur, sicut quoque seueriores: fieri enim potest, ut rectius aliquod antiquum vitæ institutum obseruari desierit, & religio laxiori modo viuere coepit. Opus est ergo, ut vita ratio, quæ modo seruat, sit asperior, ac durior. Sic Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas, ac ceteri Pontificij iuris interpres, in c. Licit, de regularib. Requiritur deniq; petitio facultatis, quamvis ea non obtineatur, & Licit, de regularib.

Quartò queritur, Quid faciendum quando prius Cœnobium, aut religionis institutum est Pontificis priuilegio munitum, ne quis inde ad arctius se transferat? passim enim religiones Pontificium priuilegium obtinere solent, ne ex ipsis ad alias religiones quispiam transire queat. Respondeo, nihilominus transfeundi ius esse, ut manifestè constat ex dicto cap. Licit, ubi dicitur eiustmodi priuilegium concessum credi, ne transitus fiat temerè, leuiter, aut cum Cœnobij, & Ordinis prioris incommode.

Quinto queritur, Cum ambigitur, sit nec ne altera religio, ad quam transitus cogitatur, durior, & arctior, vel etiam dubitatur, licet certò constet eam arctiore esse, num religiosus aliqua animi levitate, aut temeritate ad eam transuolat, quid tunc fieri debeat, cuius iudicio res ea decerni debeat, ac possit? Respondeo cum Innocentio, Ioanne Andrea, & Abbatore, nequaquam esse standum verbo Religiosi transitum petentis, nec superioris eum denegantis, sed alterius maioris viri iudicio, & sententia, ad quem, ut ad superiora prouocari debet. Sicut si religiosus male cōtra fas, & ius tractaretur, aut vexaretur.

Quares, an postquam religiosus facultatem transfeudi petuit, debeat expectare responsum? Respondeo cum Glossa, & Abbatore, debito tempore responsum esse expectandum. Is enim, qui consilium requirere inebetur, eodem iure, tempore debito cogitur expectare responsum. Sed quid si superior nihil respondeat, aut facultatem deneget, aut inanem, & falsam, vel iniustam causam obtendat? Respondebit Abbas Innocentium securus, ius esse religiosi consilium nullo alio expectato tempore, ad aliam religionem transuolandam: in ijs enim causis superior quasi perpetuò facultatem denegare censetur. Si tamen superior verisimili causa duci in deneganda facultate, videatur non licet religioso statim transire; sed ad superiorem alium prouocare, qui rem totam suoiudicio decernat.

Sextò queritur, An si religiosus facultate minime perita transferit, iure reuocari, & reduci posset, ac debeat? Goffredus, & Abbas antiquior, Calderinus, & Petrus Ancharanus, & Glossa in c. Licit, de regularib. ius esse, si in priori religione regulæ, aut Constitutions non seruentur. Nā vt paulo ante diximus, transitus iure conceditur, nō eo quod regulæ, aut Constitutiones sint arctiores, sed quod præsens vivendi ratio, quæ seruat, sit arctior, & durior. Si igitur ex Regula, vel Constitutionibus laxius sit religiosis in institutum, arctior tamen præsens vita modus, transitus iure permittitur: dummodo tamen, ut recte Ioannes Andreas annotauit, non sit in Provincia aliud eiusdem religionis Cœnobium, in quo sit arctior instituti obseruatio, nec sit probabilis spes pristinæ vita formulam eo in Monasterio reuocandi. Si vero in priori Monasterio præsens vita norma nunc est arctior, aut iusta subest causa transfeundi ad laxiorem, ac minus arctam, & rigidam, aut non subest. Si primum, potest, inquit Innocentius, & Abbas, Episcopum facultatem transfeundi concedere. Antonius verò Butrius id iuris ad folium Romanum Pontificem pertinere docet, nisi ex mora probable periculum immineat, aut ad Romanum Pontificem difficultas aditus pateat. Sed reuera Innocentius, Abbas, & Butrius videntur loqui secundum commune ius, & antiquum, quo Monasteria, & Monachi erant in Episcoporum potestate. Vnde Siluester ait, religio. 4. quest. 1. vers. 3. Cum religiosi sint ab Episcoporum potestate exēpti, & liberi; ius religionis Praefectus, qui ha-

temni videatur: ergo quandocumque fit transitus facultate minime petita, factus esse videtur Obedientia bono contemptu. Hac opinio mihi verior apparet, & ea dicit esse communè Nauar. loco citato: ex quo fit, quod recte Abbas annotauit, ut nō sufficiat, si post factū facultas petatur.

Septimò queritur, à quoniam peti debeat transfeundi facultas? Angel. Religio. 4. num. 35. respödet, quod ad Religiosos quidè exemptos, & priuatos attinet, esse petendā à Præpositis Ordinarij, hoc est, à Præpositis Provincialibus; immixti in Franciscana familia, à Custode, vel Ministro Provinciali: in Dominicana à Provinciali: in Monasticis Ordinibus ab Abbatore, vel Præposito, vel Prio. Quod verò pertinet ad religionū Praefectos, peti oportere à Maioribus, in quorum potestate sunt: ipsi verò Maiores Præpositi, qui sunt Romano Pontifici proximè subiecti, ab eo petere debent. Silvester ramen religio. 4. q. 3. Angelum confutans, censet apud Franciscanos, & Dominicanos facultatem peti posse à præfectis Domorum, vel Collegiorū, siue Conventū, hoc est, apud Prædicatores, à Prio; apud Minoras à Guardiano. Provinciales vero petere debent à Ministro, vel Magistro Generali: ipse verò Generalis Magister, seu Minister à Romano Pontifice: quo denegate transire religiosus iure nō potest: nihil verò respondet potest, fecidū Abbatē in cap. Licit, de regularibus. Quæ Silvestri sententia mihi magis probatur. Nam ius auctoritatis, & potestatis, quod habet Abbas in Monasterio, habet in Franciscana, aut Dominicana familia Prior, vel Guardianus, qui est toti Conventui, Cœnobio, vel Collegio Praefectus.

Octauo queritur. Quomodo licet religiosi transire ad laxioris religionis institutū? Respondeo, certi iurius esse, ut omnes satentur, quod Innocentius, & Panormitanus, & alij tradiderūt in c. Licit, de regularib. ius esse, si in priori religione regulæ, aut Constitutions non seruentur. Nā vt paulo ante diximus, transitus iure conceditur, nō eo quod regulæ, aut Constitutiones sint arctiores, sed quod præsens vivendi ratio, quæ seruat, sit arctior, & durior. Si igitur ex Regula, vel Constitutionibus laxius sit religiosis in institutum, arctior tamen præsens vita modus, transitus iure permittitur: dummodo tamen, ut recte Ioannes Andreas annotauit, non sit in Provincia aliud eiusdem religionis Cœnobium, in quo sit arctior instituti obseruatio, nec sit probabilis spes pristinæ vita formulam eo in Monasterio reuocandi. Si vero in priori Monasterio præsens vita norma nunc est arctior, aut iusta subest causa transfeundi ad laxiorem, ac minus arctam, & rigidam, aut non subest. Si primum, potest, inquit Innocentius, & Abbas, Episcopum facultatem transfeundi concedere. Antonius verò Butrius id iuris ad folium Romanum Pontificem pertinere docet, nisi ex mora probable periculum immineat, aut ad Romanum Pontificem difficultas aditus pateat. Sed reuera Innocentius, Abbas, & Butrius videntur loqui secundum commune ius, & antiquum, quo Monasteria, & Monachi erant in Episcoporum potestate. Vnde Siluester ait, religio. 4. quest. 1. vers. 3. Cum religiosi sint ab Episcoporum potestate exēpti, & liberi; ius religionis Praefectus, qui ha-

bet in

debet in Religiosos quasi Episcopalem auctoritatem, ins habet concedendi facultatem, quando adest causa legitima: & probabile periculum impenderet, vel ad Romanum Pontificem difficultis aditus est.

Quæres, quænam sint causa legitima? Respondeo, si religiosus infirma, aut incommoda valedicuntur, aut si odio habetur a ceteris fratribus, aut indignæ, & male tractetur. Quibus causa, & alijs iustis, & debitibz quibuslibet remotis, Romanus Pontifex solus potest facultatem transeundi concedere, secundum Glossam. Sed verius alij putant, quod tradit Abbas, non sufficiere solius Romani Pontificis facultatem abfique villa iusta, & legitima causa: non enim ille potest arbitratu suo absq; villa iusta causa commutare votum, quod debet diuino iure perfolui: cu per commutationem ex parte relaxatur, & remittitur, hoc est, cum mutatur in id, quod est minus bonum.

Non queritur, quomodo sit iure concessus transitus ad æquum arctum religionis institutum? Respondet Abbas, id iure permitti, si fiat Episcopi consensu, quando adest causa iusta, & legitima: verò sublata iure non permitti, nisi solius Romani Pontificis auctoritate: locum habet, quod dicit Abbas in religiosis Ordinibus, qui sunt Episcopis subiecti: nam quod attinet ad eos, qui sunt exempti, transitus sit consensu eius, qui precepit Ordini, vel Provincia, vel Monasterio, sine Conuentu.

Decimò queritur, An religiosus contra iuram ad aliam religionem se transferens sit apostata, hoc est, an tanquam sue religionis defensor, & transfuga iuris poenas incurrit? Abbas in e. Sand. de regularibz negat eum esse apostatam eo modo, quo ius Canonicum loquitur in cap. vlt. de Apostolis, ex quo Angelus in verbo, Excommunicatio. 7. cap. 27. dicit illum non affici ea excommunicatione, quæ irrogatur in cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi, in 6. dimittentibus temere sua religionis habitu: quod idem tradiderant Iohannes Andreas, Lapis, & Geminianus in eo cap. Silu. tamen excommunicatio. 9. cap. 27. & Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 131. ad finem, sentiunt dictum religiosum in eiusmodi excommunicationem incurrire. Vtra verò sententia sit verior, cap. superiori dixi. q. s. Mihi enim secunda sententia placet.

Vndecimò queritur, Quid sit dicendum. Si religiosus imperata facultate ad religionem arietorem demigrandi, postea aut non inueniat religiosos, qui cum velint admittere, aut voluntate mutata ad priorem redeat religionem, an primi religiosi, à quibus decesserat, eum recipere iure cogantur? Respondeo, eos ad id ipso iure compelli, quoties ante professionem emissam in alia religione, ad antiquam reuertatur: nam facultas, & abdicatione iuris, quod quis habet, facta ex causa, ea minimè subsecuta, rata, & firma non est.

Duodecimò queritur, Quid peculiariter iura statuerint, de religiosis transeuntibus ad alias religiones? Respondeo, in cap. Iohannes, De regularibus, præcipit, ne quis Monachus è Monasterio, in Monasterium temere demigret. & in cap. Sand. eodem Titulo, Canonicus quidam regularis, qui fuit geratus Ecclesia, in qua professionem emiserat,

ad Monasticam vitam, si ea sit arctior, permanere in illa permittitur: alioqui ad priorem Ecclesiam redire compellitur. In Clementina, Ut professores, De regularibus sanctitudo hoc modo: Statuimus, Mendicantes quoilibet, qui ad non Mendicantium Ordines etiam auctoritate apostolica transibunt in posterum, quide hactenus transuerunt, quamvis nunc Prioratus, vel Officia, aut curanum, vel regimen quodcumque abineant inibi, vocem, aut locum in Capitulo non habere, etiam si hoc sibi ab alijs liberè concedatur. Ad Prioratus quoq; Administrationes, aut quecumque in ante non assumi officia etiam tanquam Vicarios, seu Ministros, vel locum aliorum tenentes: quodque animarum curam, & regimen, nec pro se posint, nec pro alijs exercere. Quicquid autem in contrarium factum fuerit, sic irritum ipso iure, quousi privilegio non obstante. Haec enī Clemētina, ubi prohibetur transitus ex Ordinibus Mendicantium ad Ordines, qui Mendicantes non sunt. Ex quo fit, ut hæc Clementina nihil decernat, de transitu ex uno Ordine eorum, qui Mendicantes non sunt ad alium similem, videlicet, qui non sit ex Mendicantium, vel ex uno Mendicantium, ad alium Mendicantium, vel ex uno, qui non sit ex Mendicantibus ad alium Mendicantium. Excipit tamen Clementina Ordines Mendicantes, sed ex parte tantum, non simpliciter approbatos; numerum, ut nullum in posterum ad professionem admittat, quibus generalem concedit facultatem ad alios ordines simpliciter approbatos demigrandi.

Quæres, an hæc Clementina, Ordines Mendicantium accipiat tantummodo quatuor illos Ordines, qui in cap. Religionum, §. Sanct. De religiosis dominibus, in 6. referuntur: videlicet, Ordines Prædicatorum, & Minorum, Erémitarum sancti Augustini, & Carmelitani instituti. An verò intelligat absolutè quos libet Mendicantes Ordines simpliciter approbatos, quales sunt aliqui post Clementinam instituti, inter quos est familia Minimorum à sancto Francisco ex Paula oppido Calabria oriundo fundata? Respondeo, in Clementina intelligi omnes Mendicantium Ordines simpliciter approbatos, qui vel ex regula, vel ex Constitutionibus possessiones, aut redditus communiter etiam habere nequeunt. Deinde dubitabis, quid nomine Officij Clementina intelligat? Glossa videtur intelligere solum Officia Ecclesiastica regulæ subiecta. Paulus tamen & i mola generatim accipiunt quilibet Officia in religionibus fieri solita. Si QVÆRAS, an etiam intelligatur publicum diuinum verbi annuntiandi munus? Respondeo cum Glossa, Paulo, & Imola, intelligi: quoniam est munus presbyteris ex institutione conueniens, licet Diaconis etiam, & alijs ex mandato, & facultate commissa conueniat. Denique rogabis, an etiam voce officij comprehendatur munus docendi publicè Theologiam, aut ius Canonicum? Respondeo, Imola, etiam comprehendendi.

Inter extrauagantes communes de regularibus extat excommunicatione Pontificia edita a Martino Quarto, que incipit: Viam ambitos, ubi habetur sic: Statuentes, quod de cetero nullus religio. sui Ordinum Mendicantium quorūcumque causūcumque gradus, status, conditionis, vel Religionis existat, quantumcumque, & qualuerumque possum, & debeat virtus cuiuscumque licentie, etiam intulit Apostolici, seu Penitentiarij

nostri curam gerentis, vel alia quavis auctoritate habentus etiam per literas Apostolicas facultatem quatinus tam Legatorum, vel Nunciorum Sedis Apostolice, quam alia auctoritate maximi de transversendis Fratribus, aut aliquibus presertim Ordinum Mendicantium professoribus sub qua cumque verborum forma appareant, admittit aut recipi per aliquos etiam Superiorum Ordinis, seu Monasterij seu loci Monastici, seu alias in Monachum, vel in Fratrem aliquam ex Ordinibus Monasticis, tum Sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Chamaclaustris, Vallis Umbrose, Caxtonorum Regularium, vel aliorum Monasticorum Ordinum; excepto dumtaxat Ordine Carthusianum sub pena excommunicacionis, quam ipso facto incurrit, tam recipientes, quam ipsi recepti: à qua excommunicatione nemo possit absoluere, nisi Romanus Pontifex, praterquam in mortis articulo, Haec tenuis Constitutio.

In Concilio Trident. Sess. 14. De Reformatione, cap. 11, ita sanctitur: Quia Regulares de uno ad alium ordinem translati facile à suo Superiori licentiam staudi extra Monasterium obtinere solent; ex quo vagabundi, & apostrandi occasio tribuitur: Nemo cuiuscumque ordinis Prelatus, vel Superior vigore cuiusvis facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere posse, nisi ut in ordine ipso, ad quem transferitur, sub sui superioris obedientia, in clauso perpetuo maneat; ac taliter translatus, etiam canonistarum Regularium fuerit, ad Beneficia secularia et amicaria omnius incapax existat. Hæc ibi. Et in Sess. 25. De regularibus, cap. 19, ad finem dicitur: Nemo Regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiores religiones, nec deinde licentia cuiuscumque Regulari occulteretur habitum sue Religionis. Hæc Concilium ubi nihil defuit de Transitu ad æquum arctam, vel aetatem religionem. Extat item Constitutio Pontificia edita a Pio Quinto anno 1569, que incipit: Quidcumque sacrarum, in qua rescindit; & abrogat facultates omnes præter ins communem concessas, recipiendi, vel retinendi Religiosos alterius ordinis, etiam laxioris. Verba Pontificis hæc sunt: Revocamus, & abhennem omnia, & quicunque priuilegia facultates, dispensationes, & indulta præter iuris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam laxiorum Ordinum professores, quibuscumque Ordinibus, Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, & p[ro]p[ri]o loco, etiam Sancti Antonii Vienensis, Sancti Spiritus in Saxia, de Urbe S. Ioannis Hierosolymitani, Iesu Christi, Sancti Iacobi de Spatha, S. Lazarci Hierosolymitani, et quicunque Ecclesijs membris, Superioribus, & personis per quicunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedium Apostolicam, et in ipsorum Monasteriorum, Hospitalium, & locorum institutione, quam deinceps quomodoquinque, quicquidcumque, etiam per modum statuti perpetui, ac initii, & stipulati contractus, & alias sub quib[us]cumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis restitutio[n]ibus, præseruationibus, mentis attestacionibus, derogatoria[r]um derogatorijs, alijs que fortioribus, efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, etiam Moni proprio, & ex certa scientia, de quæ simili potestatis plenitudine, etiam pauperam, infirmorum, miserabilium, & cunctis alterius p[ro]p[ri]i operis intenti, ac etiam ex quibuscumque alijs causis, quantumvis grauidis, charitatis, & necessarijs, etiam consideratione, vel ad supplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, nec non sancte Romane Ecclesiæ Cardinalium, de quæ illorum consilio, & matu[m]a deliberatione prius habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vocibus innovata, extensa, vel

erat moderata. Ac volumus, ut postbac illorum sic reuocatorum prætextu, Prelati, & Superiores predicti, eis alijs quicunque, nullum prouisus, alterius, etiam laxioris ordinis, vel obseruantia, Regularium, etiam fratrem transiendi ad ipsos licentiam (iuxta unummodi privilegium datum) ferentem, ad habitum, & professorum Regularium in suis quicunque Monasterijs, domibus, locis, vel ordinib[us], etiam ut in clauso perpetuo maneat, admittant: nec omnino quemquam recipiant, vel retineant, eos vero, quos in aliquo ex casibus sopraddicti (vige huiusmodi prærogativis tantum, ac preter iuri communis dispositionem) iam habent translatos, ad eorum Superioris, & loca eius ordinis, unde erant profecti, quamprimum remittant: Decernentes admissions, receptiones, & retentiones huiusmodi nulla firmitate subfistere, neminemque prouisus ulli voto, vllique Regula, vel obseruantia etiam varamento, alijsque solemnitate promissa obligare. Quidcumque vero aliquem contra huius nostræ reuocationis timorem adserint, aut repperient, aut illos, aut quos iam habent (modo predicto) translatos, aut receptos retinuerint, ipsos omnibus, & singulari dignitatibus, administrationibus, beneficiis, officijs, fructibus, & pensionibus Ecclesiastici præsumunt auctoritate priuatus, & ad futura eis p[ro]p[ri]o inhabiles esse volumus. Hæc ibi.

Pius item Quartus in alia Constitutione, que incipit: In sublimi B. Petri, facultatem summi Poenitentiarii Apostolici restrinxerat, præcipiens, ne concederet Religiosis licentias flandi extra Monasterium propter infirmitates, & similia impedimenta, nec etiam pro subventione parentum, aut pusillorum, vel aliorum consanguineorum, nisi obtenta licentia suorum Superiorum: & in facultatibus transiendi de ordine ad ordinem, etiam ex causis à iure permisis apponenter semper clausulam, quod perpetuo ibidem in clauso Domino famulari teneantur; & apostolatis absolutionis beneficium non concedat, nisi ea legi expressa, si statim ad clausum proprii ordinis redire, vel ad alium ordinem transiret equalis, vel aeternis obseruantie, ut ibi perpetuum vitam agat. Nec illis, vel alijs translatis induget, ut beneficia Ecclesiastica obire, vel illis uti mercenarij deferuntur, aut alias etiam de Superiorum suorum licentia extra clausum quoquando degere possint. Hæc pius Quartus in illa Constitutione.

Decimotertiò queritur, an Regularis ex una religione, vel ex uno Monasterio ad aliud transiens debet in eo denuo professionem emittere? Hanc questionem tractat Nauarus consilio tertio, De Regularibus Porro Imola in Clemente prima, De Regularibus, numero 19, lequutus Ioannem Lignanum videtur negare, præterim cum ex uno Monasterio ad aliud Monachus transit, eam ob causam, quod in omni religione dum professione solemnis emittitur, habet tria vota, quæ ad religionem substantiam, & naturam pertinent: ergo Monachus profesus in una, non debet in alia professionem facere, cum sit simpliciter Monachus Religionem profesus. Federicus vero, quem citat Nauarus, docet, Monachum electum in Abbatem alterius Cenobij non debere in eo nouam professionem emittere: vnde distinguit, aut Monachus transit, ut præsideret, aut ut subfistit: ut præficit tamquam Abbas, Prior, vel Superior, non est necesse, ut denuo professio-

fessio-

fessionem emittat: si ut subdit, necessaria est se-
cunda promissio. Contra rium Nauarrus affir-
mat, ratus requiri professionem secundam: tum
quia licet fuerit Monachus vnius religionis, Or-
dinis, vel Monasterij; non tamen eo ipso, est alte-
rius: tum etiam, quia via quaque religio suis
Constitutionibus gubernatur, & regitur, & o-
portet, ut omnes eiusdem Ordinis Monachi eisdem
legibus, & Constitutionibus teneantur. At
nisi noua fieret professio, Regularis ad aliam
religionem translatus, esset ijs Constitutionibus
& legibus solitus, quibus alii tenerentur. Item
singula Monasteria, quando non sunt in cura, &
potestate vnius Generalis Praefecti suis statutis
& legibus vivunt: & vnum Monasterium saepe
leuiori, duriori, & arctiori instituti regula te-
netur. Opinio Nauarri vera est, & locum habet,
quoniam sit transitus ex uno Ordine vel religione
ad alteram: item, cum ex uno Monasterio ad ali-
ud, & singula suis institutis & legibus tenentur:
tunc enim Monachus in uno Monasterio profes-
sus nequit fieri Monachus, & filius alterius,
nisi in eo denudò professionem faciat. At verò
sententia Federici etiam locum habet, cum Mo-
nachus vnius Monasterij eligitus in Abbatem,
Priorem vel Prefectum alterius: nam eo ipso,
quo in ea Praefectura confirmatur, & eam exer-
cit, videtur tacite professionem in eo Monaste-
rio, cui praest, emittere. Ex quibus sequitur, ut
Monachus ad aliud Monasterium translatus ca-
pax non sit Beneficiorum regularium ad illud
Monasterium vel Ordinem pertinentium, nisi
in eo profiteatur, ut docet Nauar. confil. 60. de regu-
larib. ex cap. cùm singula, de prebebas, in sexto. Item locum
in sedendo & suffragium ferendo habebit iuxta
tempus, in quo professionem emittebat in secundo
Monasterio.

Decimoquarto queritur, An Carthusianorum
Religio sit arctior Religioni Minimorum? Hanc
questione tractat Nauar. confil. 10. de regularibus.
Vnde vna cum ipso respondeo, Minimos (vt fer-
tur) Pontificiam Constitutionem a Iulio secun-
do editam impetrasse, in qua videtur Pontifex
afferere, eorum religionem esse cæteris omni-
bus religionibus arctiorem. Deinde, Minimi
præter tria vota religionum communia, quar-
tum emittunt, quo vident se numquam viros
alijs cibis, nisi eis, quibus vivunt in ieiunio qua-
dragenario; excepto tempore, quum morbo la-
borauerint. Cum tamen Carthusiani iure vr-
tantr ouis, caseo & lacte etiam dum valent. Negari
non potest Minimos aliqua durior obseruare,
quam Carthusiani obseruent: at verò ius com-
mune concedit transitus ab Ordinibus Mendi-
cantum ad Carthusianos, tamquam ad arctioris
& drieroris instituti Monachos. Item Carthusia-
ni etiam dum morbo tenentur, interdictus est
eius carnium, Minimis non item. Carthusiani
præterea silentium maximum seruant, & vitam
solitariam. Horum denique clausura est veluti
quidam cancer perpetuus.

Decimoquinto queritur, An Regularis ex v-
no Ordine ad alium migrans, debet per integrum
annum in probatione persistere, ut profes-
sio in Religionem ad quam transi, sit rata: Si
quidem Concilium Tridentinum sess. 25. c. 15. De

Regularib. definit nullius esse momenti professio-
nem, nisi Novitius ad annum integrum post ha-
bitum susceptum probetur? Respondeat Nauar.
rus in confil. 49. De Regular. num. 4, necessariam esse
integrum anni probationem, eo quod debeat
noua professio fieri: & Concilium generatum ad
professionem, vnius anni probationem requirit,
& postulat. Obiectes, huiusmodi Religiosum es-
se veterum, ergo tyro, aut Novitum esse ne-
quit. Respondeat Nauar. esse quidem veterum
& professum; at verò factum esse tyronem,
& Novitum in ea Religione vel Monasterio, ad
quod transiit: nec enim pugnat, esse veterum
in una religione, vel Monasterio, & Novitum in
altero.

Decimosexto queritur, An religiosus Franci-
canus ex his, qui vulgo Observantes aut Cap-
puccini vocantur, iure possit ad Carthusianos
transire, & è contrario, Carthusianus ad Cap-
puccinos, vel Minorum? De hac questione Nauar.
confil. 68. De Regular. Testantur Sylvestris Religio. 4.
ques. 6. in Academia Parisiensi fuisse Theologorum
& Canonici iuriis Doctorum sententia de-
cretum, licere Carthusiano transire ad Dominica-
nos plenè & perficte suam Regulam cum
Constitutionibus obseruantes. Quod si ita est,
licebit etiam Carthusiano ad Minorum vel Cap-
puccinos transire: præstis cùm Cappuccini
contendant suz Religionis institutum, esse Car-
thusianorum Regula durius & arctius. Nauar.
russ tradit, tuta conscientia liberum esse transi-
tum ex alteruto predicatorum Ordinum, dum
modo fiat studio, & amore vita melioris & per-
fectoris, & circa omnem offensionem, ac litem
inter illos. Certè iure Canonico, ut paulò ante
iam dixi, permititur transitus ex Mendicantibus
ad Carthusianos, ut constat ex extraug. viam. de
regularibus inter communes: de transitu verò ex Car-
thusianis ad Mendicantes nihil legi expressum in
iure. Sanctus Bonaventura in opusculo de determina-
tionibus questionum circa regulam S. Francisci, capit. 12. &
13. ait, ex quolibet Ordine posse Religiosum
transire ad Ordinem Sancti Francisci: & ex Or-
dine Franciscano non posse religiosum ad ali-
um Ordinem migrare. Sed in hoc seruandum est, quod constituitur in extraug. viam. de regu-
larib. inter communes.

Cap. XV.

Aliæ questiones ad eandem rem pertinen-
tes soluuntur.

Primò queritur, An Minister, vel Præpositus
quilibet Generalis alicuius Ordinis iure
possit facultatem concedere transiendi ad
laxiorem religionem iusta ex causa? Respon-
deo cum Innocentio, Hostiensi, Joanne Andrea,
Abbate, quos refer, & sequitur Nauar. confil. 56. de
regular. ex iure communis posse ita tamen, ut scrip-
to constet, eam facultatem Præpositum Generalem
dedisse, & ex causa iusta, & prius cognita, ne-
is, qui trahit, postea revocetur, aut aliqua ratione
vexetur. Nam Romanus Pontifex huiusmodi fa-
cilitatem dare potest ex iusta quidē causa prius